non ad totum mundum quod circumdat eam. Non tamen puto quod mutaretur
si scirent quod sit quasi punctus ad totum mundum qui est circa eam. Quod si
hoc scirent non dicerent quod dicere solebant. Terra namque est in medio mun-
di nec inclinatur ab eo in aliquam partem, sed ut stet in eo intendit to-
tum. Quod enim est in ea et super eam movetur suo naturali motu. Quod enim est
subtile et leve quantum vis foras exit, ut patet celi, et in ea ponderosum quantum
centrum. Unde putant quod levia quantum alter alterum ubi esse quod est super capita
et existimant de ponderosis quod quiescant citius inferius unum autem
esse quod est sub pedibus. Sed altum est longinquitas a centro et unum propinqui-
tas centro. Hoc ostenditur quia omnia que cadunt super terram ex omni parte ca-
dunt super eam recte incontinenti. Rursus quia terra est maior omnibus corpori-
bus que sunt super eam ostenditur quia nulla que cadunt super eam faciunt eam
moveri nec possunt eam eicere a loco suo. Si enim haberet terra motum in infe-
riora per suam ponderositatem debuisset celerius evenisse propter maioritatem
ponderositatis ad ea que sunt super eam quod traxisset omnia que sunt super
eam et bestias et cetera deserens ea post se in aere in descensu non eam
ad obsequium et stetisse terram usque ad celum et transisse in ipsum et exisse fo-
ras ab ipso. Sed hec omnia digna derisione. Alii vero putant ad invenisse
quod nec esse potest magis quam illud. Est autem quod celum non movetur nec volvitur
sed terra est que volvitur super suum axem ab occidente in orientem et in
unaquaque die et nocte uno circulari. Alii dicunt quod terra et celum moventur
super unum axem uno motu et sic contingit quod videtur de motu celi. Hi
quoque falluntur quia non inveniunt in accidentalibus stellarum contraria
suis dictis. Si enim perscrutati mores speculati fuissent ipsum ex eo acciden-
dum et eo qui nos credant decipere, et id quod est in eo scire id esse
in dictum. Nam si nos concedamus in illis eorum ubi que sunt ex natura
dicentium quod esse celestia et ponderosa moveri motu valde cito et facien-
tium scilicet levia aut non moveri aut motu moveri quod non est
more ponderosorum celestium minor videbitur. Omne quod circa terram non
habet illum velocem motum quem faciunt esse terre quomodo semper in occiden-
tem et contingens nubibus et omnibus que volant aut moventur
in aere aut iaciuntur in ipsum, quorum natura est terrea. Si vero dicant
quia aer quoque movetur cum terra et simul motus est equalis eius motus
velocitati, tunc ea que sunt in aere aut non movebuntur quod suo motu
unde videbuntur semper moveri in occidentem aut movebuntur quod suo
motu unde videbitur quod non habet aliquis eorum motum, sed tam moventur
quam motu aeris et terre...